

Sabetis, nec manus Vestras in tam Innocenti sanguine vis-  
 late. Hic se respicit Rex Vesper est, hic Ultionum Deus,  
 hic exercituum Dominus. Hic se iubet non modo vos  
 vitia mancipia, sed armatum cum Regibus suis totum ter-  
 rarum orbem aduocata e coelo Angelorum legiones  
 Fulminabunt. O Sacinus! o spectandum! caduntur virgis  
 flagellis, loris virginales illi artus, qui non dicam Roma,  
 num arimum, sed Deum ipsum includebant, in Vrbe re-  
 giâ, in ciuitate Dei nostri, laerantur illa membra  
 quae supremus ille artifex Deus suis manibus miro  
 artificio conseruat. Soluitur templum illud non manu  
 factum. Diripitur illa Similitudo Regi. Perdent  
 e toto laerato corpore ex carnificata carnis fuffa  
 atq; eius furi cruoris eius pretio caelorum Regna  
 Venalia sunt, defluentes in terram riuus inq;iorum  
 pedibus proculcantur. Jam nusquam apparet linor, nus-  
 quam flagelli Vestigium, Vbiq; sanguis, Vbiq; vulnera,  
 nec iam vulnera ipsa diuumeres, quantus quantus est,  
 vulnus vnum est, deficiunt plagis locus, plaga non defici-  
 unt, est plaga plaga locus, deficiunt lora, Virga flagella,  
 tortoribus Vires non deficiunt, iam et Vires deficiunt,  
 non deficiunt rabies, atq; ~~ist~~ initium turbae fuit  
 crudelitas, sic fuit linea crudelitas, persuadet enim  
 ut aliquid sanguinis, et spiritus relinquatur ad morte